



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Sectio 2. An Ecclesia rectè prohibeat hæreticorum libros, & sub qua
censura?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

enter, nam Verbum Dei sapientius repetitum solet tãdem aliquando operari, & ad hoc ponderat illud verbum Pauli, oportet esse patientem, & illud Mansuetudine, & propterea exponens illud verbum deuta dicit, hoc de illo monet, qui corrigi non vult, quem insanabili morbo detineri videris. Vnde cõcludit, ab illis solis discedendum est, de quibus aperta passim ferre sententiam, certique sumus, quod quantalibet faciamus eos nunquam ad veritatis viam reuocabimus. Hoc autem etiam in eo casu limitandum est: Nisi fructus saltem in aliis audientibus speretur: siue ille sit, quod aliqui heretici conuertentur: siue quod fient minus audaces, vel timidiore, siue quod Catholici magis in fide confirmabuntur, vt enim Bernard. ait serm. 64. in Cant. & si hereticus non surgat ex face, Ecclesia tamen confirmatur in fide: nam quodcumque horum sufficit, vt disputatio non sit otiosa, sed honestissima, & propterea Catholici viri laudabiliter contra hereticos scribunt: licet de eorum conuersione, non multum sperent: quia semper aliquem ex dictis fructibus sperare possunt: de quo disputandi genere, & laude eius, videri potest Gerson tract. de Laudibus scriptorum, & quæ notat, & refert Simanc. titulo 20. Institutionum §. vltim. Denique notant viri graues, quod licet disputatio sit sine vlla spe fructus non erit peccatum mortale. Sed veniale tanquam actus otiosus, quod intelligendum est, per se loquendo, nam ratione nocuumi poterit esse peccatum graue, & communiter saltem hoc nocuumum timeri potest, quod hereticus disputans, & fit durior ipsa contradictione, & præterea in ipsa disputatione multa peccata committit, quæ alias non faceret: & vitanda est eorum occasio, quando alias actio inutilis est.

14. Tercio est præcipue ratio habenda audientium. Et ideo D. Thomas in dicto artic. 7. duplicem distinguit disputationem, vnam priuatam, aliam publicam, & in priuata quidem, non habet locum hæc circumstantia: oportet autem adeo esse priuatam disputationem, vt nullus præter Catholicum disputantem, & hereticum, cum quo disputat, præsens addit, nam siue pauci, siue vnus tantum interfuit, cauendum est, ne illi nocuumum spirituale inferatur, quoniam charitas ad singulos obligat, igitur disputatione publica in præsentem distinguitur ab omni non occultata, & subdistinguitur à Diuo Thomas, vel n. illi, qui ad sunt, docti sunt, vel indocti; quando sunt prius conditionis, moraliter nihil est periculi, & ideo regulariter, ac per se loquendo licita est talis disputatione ex parte audientium, quia non datur illis occasio errandi: quod si ipsi fortasse illi sumperint, eis non disputanti imputabitur. Docti autem hoc loco vocantur, non solū perfectè literati, sed omnes, qui capaces sunt talis doctrinæ, & illi aliquomodo student, quia hoc satis est, vt ex auditione disputationis, illis periculum non creetur. De indoctis vero, & cõmuni plebe, iterum D. Thomas distinguit, nã vel in sua simplici fide quieti sunt, & ab hereticis nō sollicitantur, & tunc nullo modo licet coram eis de fide disputare cū heretico, præsertim in ea lingua, quã intelligunt, quia sine causa in periculo constituntur: nam, vt supra dicebamus, facile percipiunt difficultates mysteriõ fidei, ipsa a. mysteria, & rationes eorum, vix possunt distincte concipere. Vnde, vel in errorẽ inducuntur, vel saltem concipient rem illã esse dubitabilem, & iure controuersam. At vero si fideles simplices ab hereticis sollicitati sunt, & periculum est, ne cadant, vel vacillent, tunc licita est publica disputatione coram ipsis, quia tunc acuitur timor, vel timor disputationis magis posset nocere, & errantes in errore confirmare, ac dubitare incipientes magis infirmare. Hæc igitur omnia obseruanda sunt ex hoc capite, vt licita sit disputatione. Et ideo graues Auctores absolute dicunt, regulariter hanc disputationem publicam cauendam esse: tū propter dicta, tum etiam quia ipsimet heretici disputantes solent

suare de fide.

hoc modo fieri duriores & magis audaces, quando in publicum prodeunt propter superbiam, & aurã popularem, quam valde amant; vt dixit Aug. libro de Vilitate credendi, & de hoc puncto videri potest Valentia, qui alios refert dicta q. 10. puncto 4.

15. Quartum, & vltimum caput est, modus disputationis, in quo maxime oportet mediocritatem seruare, vt disputatione fructuosa sit, ac subinde licita. In hoc autem primo obseruari debet, vt sententijs potius, & rebus, quam verbis agatur, vt dixit D. Thomas dicto art. 7. ad 1. ita exponens verba Pauli supra citata. Noli contendere verbis: & similia. Secundo maxime cauendum est à verbis contumeliosis, & iniurijs, quia hoc, & per se malum est, & indecens in homine Catholico, tam graue munus exercente, & præterea maxime impedire potest disputationis fructum, vt optime docuit Chrysost. dicta hom. 6. in 2. ad Timoth. quia, vt verbum fructificet: oportet, vt alter grate audiat, gratè autem affici, inquit Chrysost. eum, qui iniurijs afficitur, vix contingere potest. Tercio ita agendum est, vt non contra personam, sed contra errorem, nec ad confundendum disputatorem, sed ad veritatem illi ostendendam agi videatur, vt recte dixit Hieron. l. 1. contra Pelag. circa medium non de aduersario victoriam, sed contra mendacium quaramus veritatem. Denique ait Nazianz. dicta oratione 26. ea moderatione agendum esse, vt nec nimia tarditate, nec nimio seruiore agatur, ex viroque inquit, extremum iudicium, quod vtile est, ex priori mansuetudinem, & ex secundo zelum.

16. Ex quibus omnibus concluditur, actionem hanc, & de se licitam esse, & aliquando posse sub obligationem cadere, quantum sepe etiam posuit in ea peccatum committi. Prima pars satis explicata est; secunda patet, quia interdum potest talis actio esse necessaria ad bonum fidei, & salutem animarum: tunc ergo erit debita, vel ex iustitia respectu Pastorum Ecclesiæ, vel ex charitate, respectu eorum, qui sufficientes fuerint ad talem actionem: nam vt dixit Leo epistola 9. ca. 15. Qui alium ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat, & Ambrosius l. offic. c. 3. Sicut pro otioso verbo, ita pro otioso silentio ratio est reddenda, & similia habet Greg. 2. p. Pastoralis c. 4. Tercia pars est etiam clara ex dictis: quia tam multa sunt necessaria ad huiusmodi actionis honestatem, vt facile sit in ea aliquid peccare, quia malum ex quocunque defectu. Existimo tamen si morale periculum grauis nocuumi proximi non intercedat, culpam esse tantum venialem. Et per hæc responsum est ad rationes dubitandi in initio positas: nam verba Pauli obiter exposuimus, Patres autem qui hanc actionem interdum improbare videntur, loquuntur de disputatione publica, quæ sine defectu audientium temere suscipitur.

SECTIO SECVNDA.

Vtrum Ecclesia iure prohibeat hereticorum libros & sub qua censura.

Secundum medium, quo Ecclesia vitur: vel ad comprimendos hereticos, vel ad tuendos, & conseruandos Catholicos, est, ne doctrina hæretica diffundatur: querimus autem, an iure, & conuenienter talis prohibitio librorum hereticorum fiat? Et ratio dubitandi esse potest, quia licet in his libris sint multa falsa, & erronea, tamen etiam sunt multa vera, & interdum docta, & erudita: ergo non expedit huiusmodi libros omnino prohibere, vel igni tradere. Probatur consequentia primo: quia nō sunt eradicanda zizania, eradicando simul & triticum. Secundo quia consilium Pauli 1. ad Thesal. 5. est, omnia probate, quod bonum est, tenete: ergo hoc potius in his libris agendum esset. Tercio quia ad confutandos hereticos, necessarium est cognoscere

Ce

eorum

4. Circumstantia, modi disputandi.

Affertio 3. trimembis

Ad rationes in num. 2. & 4. politas.

Arguitur 2. pro parte negat.

eorum errores, & quibus fundamentis nitantur, ut destrui possint, & quibus argumentis veritatem Catholicam impugnent, ut eis possit responderi: hæc autem comparari non possunt, nisi eorum libros legendo. Accedit, quod docendo suos errores multa tradunt, quæ ad confirmandam veritatem sunt vitia, & ad eos convincendos, vel arguendos, ex contestis, vel contradictionem, aut absurditatem in dictis eorum ostendendo, multum conferre possunt: ergo non sunt simpliciter prohibendi.

Arguitur 2.

2. Secundo confirmare hoc possumus exemplis Sanctorum Patrum, nam Divus Hieron. libros hæreticorum legere solitus erat, ut ipse fateatur ad Minerium, & Alexand. epist. 152. & ex ipsius operibus eius compertum est, & idem aperte colligitur de August. ex libris eius, & de Theophilo antiquo Doctore idem refert Socrat. lib. 6. hist. ca. 15. & de Dionysio Alexand. refert Euseb. 1. 7. Hist. cap. 6. solitum fuisse, frequenter legere libros hæreticorum, ac de illa à quodam Diacono reprehensum, abstinereque volentem, ne id faceret, diuina reuelatione fuisse admonitum. Denique in Concil. Carthag. 4. c. 16. præcipitur Episcopis, ut libros hæreticorum legant pro necessitate, & tempore.

Arguitur 3.

3. Tertio argumentari possumus, quia si Ecclesia posset prohibere libros nascentium hæreticorum, posset etiam antiquos Doctores, qui tandem in hæresim lapsi sunt, nobis prohibere, ut Tertullianum, Origenem, Eusebium Cæsar. & similes: consequens est contra antiquissimum usum Ecclesie, ut constet: vel è contrario colligere possumus, nam si Ecclesia hos non prohibet, cur vetat alios nouiores? nam ratio periculi non minus in illis antiquioribus virgine videtur, imo magis, quia maiorem habent auctoritatem. Vnde quosdam prohibere, & non alios, videtur quædam personarum acceptio, & quod id fiat magis in odium personarum, quam in Christiani populi utilitatem.

4. Nihilominus dicendum est primo, in Ecclesia Catholica esse potestatem ad hos libros prohibendos, & concremandos, satisque conuenienter ac prudenter uti posse tali auctoritate. Tota assertio est de fide Catholica, & prima eius pars in hunc modum explicatur, & probatur, nam hæc prohibitio considerari potest, vel respectu auctorum talium librorum, ita ut illa prohibitio sit quædam punitio, & execratio talium personarum: alio modo potest considerari respectu fidelium, ut sit quasi medicina præseruans illos à contagio hæreticorum. Primo modo probatur illa pars, quia Ecclesia habet potestatem puniendi hæreticos, ut in sequenti sectione ostendemus, & illa pœna est satis proportionata delicto, nam in quo aliquis peccat, puniri maxime debet. Sub posteriori ratione, probatio etiam est euidentis, quia Ecclesia potest tueri, ac defendere membra sua. Vnde potest illis præcipere, ut à tali veneno abstineant. Inter has autem duas rationes, consideranda est differentia, nam sub prima solum extenditur hæc potestas ad proprios hæreticos, & apostatas baptizatos, iuxta dicta in disp. præcedente. Sub posteriori autem ratione, potest Ecclesia prohibere fidelibus libros, quorumcunque infidelium, etiam si baptizati non sint, nec sibi subditi, & ita in primitiua Ecclesia prohibitum erat fidelibus libros Gentilium legere, ut refert Clem. libro 1. const. Apostolicarum cap. 6. Et ratio est, quia ille actus iurisdictionis directe respicit fideles.

5. Altera vero assertionis pars de conuenientia sufficienter probatur ex antiquissimo usu, & traditione Ecclesie: nam quod vniuersa Ecclesia Catholica semper probauit, & tanquam moraliter necessarium obseruauit, non potest non esse eidem Ecclesie conuenientissimum, cum in his rebus à spiritu Sancto regatur: fundatur vero primo hæc consuetudo in eo, quod refertur Act. 19. quod Multi, qui

fuerant curiosa sectati efferebant libros, & comburebant eos coram omnibus, quod faciebant Gentiles, quando conuertebantur ad fidem, vel interius moti efficacia doctrinæ Apostolicæ, ut ait Euseb. libro 3. de Demonstratione Euangelica ca. 9. vel quia Pastores, vel ministri Ecclesie, quando illos catechizabant, docebant eos illud esse necessarium ad suscipiendum Baptismum digne, & cum vera pœnitentia, tum ad auferendum proprium morale periculum, tum etiam ad satisfaciendum Ecclesie, & ideo publice id faciebant. Vnde ad instar huius exempli refert aliud Aug. in Psalm. 61. post totam eius enarrationem, de quodam iam Christiano, qui fuerat Magus, qui pœnitentiam acturus, portat, inquit, suos codices incendendos, quibus fuerat incendendus, ut illis in ignem missis, ipse in refrigerium transeat. Neque refert, quod in his locis de Magicis libris sermo sit; nam, vel illi non sunt sine erroribus, vel ab eis à fortiori argumentum sumitur ad libros hæret. qui multo peiores sunt.

6. Secundo Concil. Nissen. iussit libros Ariano- rum igni tradi, ut refert Niceph. lib. 8. ca. 18. & postea Constantinus præcepit id executioni mandari, ut paulo inferius idem Auctor refert. Præterea inter acta Concil. Chalcedon. actio. 3. in vlt. ep. habetur huiusmodi prohibitio Marciani Imperatoris, quæ sine dubio approbante Conc. facta est, & alia similis legitur in 5. synodi collat. 5. ex Theodosio, & Valentiniano: habetur etiam in 6. synod. Can. 63. Trullano. ubi generaliter libri impij prohibentur, & in 7. syn. Can. 3. cõburi præcipiuntur. Et in Concil. Const. sess. 8. & 15. legimus libros Ioannis Hus, & Vicleph fuisse igni traditos. 3. consentiunt Pontifices, & Patres præsertim Leo Papa epist. 93. ca. 15. ubi notanda sunt illa verba: *quæuis in illis sint quedam, quæ videantur habere speciem pietatis, nunquam tamen vacui sunt venenis.* & c. Idem habet Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum ca. 103. ubi generaliter loquitur de noxijs libris, & blasphemis. Idem sumitur ex Gelas. Papa in c. *Sancta Romana* d. 15. Item ex Greg. Nazianz. ora. 18. de Cypriano martyre, & Mago, de quo etiam dicit in signum veræ conuersionis suos Magicos libros publice combussisse. Et tandem videri potest Orig. hom. 9. in Numeros. Præterea confirmant Doctores Catholici hanc veritatem à fortiori exemplo Gentilium, qui libros, quos suæ reipublice noxios reputarunt, semper prohibuerunt, & igni tradiderunt, de quibus exempla congerunt Lorin in ca. 19. Act. v. 19. & Simanc. in Inst. tit. 38. & Bell. li. 3. de laicis. c. 20.

7. Vltimo facile possumus hoc ratione ostendere: primo, quia ad destructionem errorum ita fieri oportet. Secundo ad defensionem fidelium, & salutem talium librorum venenū diffundatur, quia hæresis, ut cancer serpsit sicut dixit Paul. 3. declarat optime quia communicatio cum hæreticis per verba, conuenientissime prohibetur, propter periculum peruersionis: ergo multo magis expedit prohibere communicationem per libros. Probatur consequentia, quia per se loquendo magis nocet verbum scriptum, quam prolatus: nam licet vox in energia & efficacia superet, scriptura tamen in alijs multis excedit. Primo, quia non limitatur ad vnum locum sed per omnia discurrit: secundo quia est permanens & multo tempore durat: vnde fit, ut pluribus nocere possit: item quia potest iterum, atq; iterum legi, & ita magis penetrat animum: item solent libri esse accuratius compositi, & hæretici solent etiam eloquentiam addere, ut ad lectionem inuident: ac denique in eis congeruntur omnia, quæ nocere possunt: quod vno, vel alio sermone non facile fit. His ergo, & alijs obuijs rationibus conuenientissime ostenditur hæc prohibitio.

8. Secundo dicendum est, prohibitionem hanc factam esse ab Ecclesia præcipue per Summos Pontifices, & maxime in Bulla Cænæ. Aduertere enim oportet, prohibitionem hanc propriè & formaliter

Item apud Concil. & Patres.

Denique et ratione.

Verbum scriptum plus nocet quam vocale.

2. assertio. Notatio.

non inueniri in communi iure canonico. Solum n. obiter attingitur in dicto c. *Sancta Romana*: non tamen sufficienter exprimitur; expressus tamen inuenitur in iure ciuili in L. *Damnato*, & L. *Quicunque* §. *Nulli*, & §. *Omnes* C. de *Hæreticis*, & in L. *Mathematicis* C. de *Episcopali audientia*. Olim enim videtur vsa Ecclesia brachio Imperiali, seu seculari, ad hanc prohibitionem efficaciter exequendam: postea vero Pontifices in Bulla *Cænæ*, clausula prima, verbis conceptis, & sub speciali censura, illa tradiderunt. Vnde materiam huius prohibitionis, & censuræ late tractant omnes illius Bullæ expostores: Rebuffus in proprio opere de illa re, Nauarrus in Manuali ca. 27. Tolet. li. 4. suarum instit. & Azor tom. 1. lib. 8. c. 16. Hugol. de casibus Papæ reseruat. 2. part. c. 1. Sayrus in Theaur. tom. 1. lib. 3. ca. 5. Graphis in decisionibus aureis lib. 4. c. 18. Sanc. li. 2. in Decalog. cap. 10. Castr. d. lib. 1. de iust. Hæret. pun. cap. 15. & sequentibus, Penha, qui plures alios refert in direct. 2. p. c. 4. Commento. 3. Farinac. de hæresi q. 180. & Reginaldus in praxi. 9. ca. 14. & ego aliquid attingi in 5. tom. d. 21. sect. 2. a. n. 10. Nunc autem tanquam in proprio loco, hæc res accuratius declaranda est.

Clausula Bullæ Cænæ de libris hereticorum quadripartita. A primo de 1. parte, qui nam dicantur libri hereticorum.

9. Vt autem melius, & distinctius comprehendatur, quatuor partes in hac lege, seu censura distinguendæ sunt; scilicet, materia eius remota, & materia proxima, persona cui sit prohibitum, & qualitas censuræ. Circa primam partem, materiam remotam voco librum ipsum obiectum, in quo quatuor verba in Bulla posita notanda sunt, prohibet enim libros hereticorum hæresim continentes, vel de religionē tractantes, & primo nomine libri satis notum est, quid intelligatur, ex vi verbi. Notandum est autem, non solum integrum librum, sed etiam quamcunque eius partem prohiberi, vt omnes docent, tū quia pars sub toto comprehenditur, tum etiā quia in quacunque parte libri potest esse periculum, quod lex cauere studuit, & ita ratio legis in quacunque parte militat. Dubitat autem Hugol. de censur. Papæ reseruat. 2. p. c. 1. quid si opus authoris hæretici, in plures tomos sit distributum, & vnus contineat errores, & non alius, an vterque sit prohibitus, vel tantum qui errores continet. Et sentit alterum non esse prohibitum, quia vterque est per se integer liber, & in altero non inueniuntur conditiones ad hanc prohibitionem necessaræ, & in hanc partem inclinat Sanc. l. 2. c. 10. n. 36. existimoque habere locum, quando tomi sunt ita distincti, vt omnino sint de diuersis argumentis, neque aliquam habent inter se connexionem, tunc enim procedit ratio facta. Secus vero esse sentio si vterque tomos sit eiusdem argumenti cum connexionem inter se, tunc enim & per se non potest, quia vterque de religionē tractet, quod ad prohibitionem satis est, & re vera vterque est pars vnus operis, licet per accidens diuidantur, propter vitandam magnam vnus libri molem.

10. Deinde circa hanc partem interrogari potest an oporteat librum esse impressum. Et respondeo etiam manu scriptum esse prohibitum, in quo omnes conueniunt, & potest à simili probari ex Conc. Trid. sess. 4. ca. 5. Et ratio est, quia ille verè est liber, & ita in omni proprietate sub verbis legis comprehenditur. Secundo, quia ratio legis, & periculum infectionis æquè in tali libro locum habet. Tertio, quia alias per fraudes, & quasi per insidias posset effectus huius legis, & efficacia eius impediri. Interrogari tamen vtrius potest, an brevis scriptura, vt concilio, vel epistola, aut brevis quæstio, vel quicquid huiusmodi est, sub hac prohibitionem comprehendatur? Aliqui simpliciter negant, vt Sanc. citat. nu.

Suarez de Fide.

29. fundatur, quia lex pænalis strictè, & in rigore verborum explicanda est, hæc autem lex est pænalis; & brevis scriptura, re vera non est liber; ergo. Contrarium nihilominus magis probo, cum Hugol. citat. nu. 2. & imprimis suppono, hanc legem potius fauorabilem, quam odiosam censendam esse: tum quia facta est in fauorem fidei, qui principaliter considerandus est; tum etiam, quia licet pænā contineat, principaliter respicit defensionē, & tuitionem fidelium: ergo absolute loquēdo potius amplianda est, quam restringenda: quod pro omnibus, quæ dicemus præ oculis habendū est. Secundo quia ratio legis, etiam in scripturis his locū habet, quia magnum periculum imminere potest fidelibus, ex his scripturis, eo quidem maius quo latentius communicantur. Tertio moueor ex quadam responsione Cardin. in simili dubio, circa decretum Trid. nuper allegatum; vbi eodem modo extendunt legem Concil. in dicto loco, verba autem dictæ declarationis videri possunt apud Marzillam ibid. quo circa licet illa scriptura non sit integer liber, pars eius censi potest, si non actu, saltem aptitudine, quod in tali materia, ad prædictam extensionem satis est.

11. Secunda particula erat, *hereticorum*, itaque quamuis liber contineat Hæreses, si author non sit hæreticus, ex vi huius clausulæ, non est prohibitus in bulla *Cænæ*; licet alias esse possit, vt infra dicam in nu. 14. Interrogari vero potest primo, an oporteat authorem libri esse de hæresi damnatum: id enim affirmat Graphis supra, lib. 4. cap. 18. nu. 40. & 43. sed sine dubio satis est, quod quacunque ratione constet esse hæreticum, vt melius docent Hugol. Sanc. & alij, & citati ratio est, quia lex simpliciter loquitur; non ergo licet nobis limitationem addere: præsertim, quia ad bonum fidelium expedit, cum omnibus hæreticis talem communicationem vitare. Neque prohibitio hæc regulanda est, per extraneam *Ad euitanda*, quæ concedit, vt non teneamur vitare excommunicatos, nisi publice denunciatos; quia hæc est prohibitio per se distincta ab excommunicatione contra hæreticos lata. Sed quid de alijs infidelibus, & similibus libris ab eis compositis? Respondeo, si non sint hæretici, nec apostatæ, à fide professi in Baptismo, eorum libros hic non cōprehendi, quia illi nullo modo sunt hæretici, neque eorum scripta considerantur, quia, & rara sunt, & ab eis morale periculum non timetur: Si tamen sint apostatæ Baptizati, etiam si ad Iudaismum, vel Paganismum declinauerint, eorum libri hic comprehenduntur, quia, vt supra dixi, in ordine ad leges Ecclesiæ, isti sub nomine *hereticorum* veniunt.

12. Sed obijci potest, quia sequitur, libros à Græcis schismaticis de ritibus suis esse sub hac lege comprehensos, quod non videtur esse in vsu. Ad hoc aliqui existimant huiusmodi libros non esse prohibitos ex vi huius clausulæ, quod tenet Azor, & Sanc. & rationem reddunt, quia isti ritus ab Ecclesia inter hæreses non computantur. Sed nunc non agimus nisi de conditione authoris, & ex hac parte non video, cur excludi debeant, quia illi sunt homines rite baptizati, vt suppono, & sunt alieni ab Ecclesia Catholica, nam semper errant, vel in materia symboli, præsertim circa Incarnationem, vel Trinitatem, vel certe in articulo de Sum. Pontifice, quod sit Christi Vicarius, cui omnes baptizati obedire tenentur; ergo sunt hæretici; ergo libri eorum, si alias conditiones habeant, sub hac prohibitionem comprehenduntur: vt autem illas habeant, satis est, quod de religionē tractent, & ideo licet eorum ritus hæresim non continerent, nihilominus ad religionem pertinent, hoc ergo satis est. Addo vero etiam in his ritibus, regulariter loquendo, aliquid contra fidem admisceri, quatenus ita suos ritus defendunt,

Hugol. sententia probatur.

Quid nominetur hereticus hic veniat.

Graphis reitatur.

Quid de alijs infidelium libris.

Oppositio de libris Græcorum schismaticorum.

Formalis responsio.

C c s fendunt,

Tractores Bullæ Cænæ

An etiam per libri prohibeatur.

Quid queratur in plures tomos diuisus sit.

An prohibeatur manu scriptus.

Quid de breui scriptis, vt concione, epistola, quæ hanc & similia.

sendunt, ut ritus Ecclesie Catholice, tanquam malos damnent, quod errore non caret.

Quid de libris partim authoris hæretici, partim Catholici, & modus librorum ita mixti.

13. Tercio interrogari potest, quid dicendum sit de libris, ut ita dicam, mixtis, in quibus aliquid ab hæretico, & aliquid à Catholico scriptum inuenitur. Hoc autem varijs modis contingere, aut cogitari potest. 1. ut Catholice, & hæretice æque ad librum componendum conveniant, vel ut Autor eius sit aliqua communis ex Catholicis, & hæreticis constans, & in hoc casu non est dubium, quin liber sit sub hac lege prohibitus, quia malum ex quocunque defectu, & ideo liber ille tanquam authoris hæretici reputatur, vel maxime, quod Catholicus ex tali consortio cum hæretico suspectus sit. Alio modo fieri potest, ut liber sit ab hæretico scriptus, & in eo sint scholia, vel fragmenta alterius libri, vel viri Catholici, & talis liber, etiam est per hanc legem prohibitus, quia simpliciter est liber hominis hæretici, & præterea si in illo sint fragmenta catholica; solum erunt, vel ut impugnentur ab autore hæretico, vel ad aliquem alium erroneum usum; scholia autem viri Catholici, vix in tali libro cogitari possunt, & quamvis essent, eo ipso, essent suspecta, & ex tali consortio infecta. Tercio fieri potest & contrario, ut in libro Authoris Catholici, sit aliquid ab hæretico scriptum, quod contingit duplici modo indicato. Primus est, quod ibi referantur aliqua verba hæreticorum, vel fragmenta, ex libris eorum, & hoc non satis est, ut liber sub hac prohibitionem comprehendatur, ut constat ex usu, nam huiusmodi sunt libri Ruardi, Bellar. & ferè aliorum, qui hæreticos impugnarunt, & in manibus Catholicorum versantur, & ratio est, cum quia ille liber simpliciter est authoris Catholici, tum etiam, quia illæ particulæ librorum hæreticorum tantum sunt ibi quasi materialiter, & ad impugnationem relatæ, & ita etiam habent coniunctum antidotum, ut nocere non possint, adhibita tamen moderatione controuersiarum vulgari idiomate, de qua in 6. regula Romani Indici.

2. modus

1. modus b

membris.

2. modus b

membris.

3. modus b

membris.

4. modus b

membris.

5. modus b

membris.

6. modus b

membris.

7. modus b

membris.

8. modus b

membris.

9. modus b

membris.

10. modus b

membris.

11. modus b

membris.

12. modus b

membris.

13. modus b

membris.

14. modus b

membris.

15. modus b

membris.

16. modus b

membris.

17. modus b

membris.

18. modus b

membris.

19. modus b

membris.

20. modus b

membris.

21. modus b

membris.

22. modus b

membris.

23. modus b

membris.

24. modus b

membris.

25. modus b

membris.

26. modus b

membris.

27. modus b

membris.

28. modus b

membris.

29. modus b

membris.

30. modus b

membris.

31. modus b

membris.

32. modus b

membris.

33. modus b

membris.

34. modus b

membris.

35. modus b

membris.

36. modus b

membris.

37. modus b

membris.

38. modus b

membris.

39. modus b

membris.

40. modus b

membris.

41. modus b

membris.

42. modus b

membris.

43. modus b

membris.

44. modus b

membris.

45. modus b

membris.

46. modus b

membris.

47. modus b

membris.

48. modus b

membris.

49. modus b

membris.

50. modus b

membris.

51. modus b

membris.

52. modus b

membris.

53. modus b

membris.

54. modus b

membris.

55. modus b

membris.

56. modus b

membris.

57. modus b

membris.

58. modus b

membris.

59. modus b

membris.

60. modus b

membris.

61. modus b

membris.

62. modus b

membris.

63. modus b

membris.

64. modus b

membris.

65. modus b

membris.

66. modus b

membris.

67. modus b

membris.

68. modus b

membris.

69. modus b

membris.

70. modus b

membris.

71. modus b

membris.

72. modus b

membris.

73. modus b

membris.

74. modus b

membris.

75. modus b

membris.

76. modus b

membris.

77. modus b

membris.

78. modus b

membris.

79. modus b

membris.

80. modus b

membris.

81. modus b

membris.

82. modus b

membris.

83. modus b

membris.

84. modus b

membris.

85. modus b

membris.

86. modus b

membris.

87. modus b

membris.

88. modus b

membris.

89. modus b

membris.

90. modus b

membris.

91. modus b

membris.

92. modus b

membris.

93. modus b

membris.

94. modus b

membris.

95. modus b

membris.

96. modus b

membris.

97. modus b

membris.

98. modus b

membris.

99. modus b

membris.

100. modus b

membris.

101. modus b

membris.

102. modus b

membris.

103. modus b

membris.

104. modus b

membris.

105. modus b

membris.

106. modus b

membris.

107. modus b

membris.

108. modus b

membris.

109. modus b

membris.

110. modus b

membris.

111. modus b

membris.

112. modus b

membris.

113. modus b

membris.

114. modus b

membris.

115. modus b

membris.

116. modus b

membris.

117. modus b

membris.

118. modus b

membris.

119. modus b

membris.

120. modus b

membris.

121. modus b

membris.

122. modus b

membris.

123. modus b

membris.

124. modus b

membris.

125. modus b

membris.

126. modus b

membris.

127. modus b

membris.

128. modus b

membris.

129. modus b

membris.

130. modus b

membris.

131. modus b

membris.

132. modus b

membris.

133. modus b

membris.

134. modus b

membris.

135. modus b

membris.

posuit Sane. libro 9. de matr. d. 32. num. 36. 39. & 40. in presenti ergo oportet scire omnes conditiones requisitas, ut liber sit prohibitus per illam legem: scilicet, quod Author eius hereticus sit, & quod heresim contineat, vel de religione trahat. Unde si alterum istorum ignoretur, non peccabitur scienter, non est autem necessarium, ut heresim sit omnino evidens, sed sufficit, ut fide dignis testimonijs habeatur; quod si non sit sufficientia, vel tantum sit publica fama, oportebit diligentiam praemittere: quod si quis illam voluntarie omittat, ita ut affectu ignorantiam, seu incertitudinem, seu potius carentiam veritatis, aut probabilioris scientiae, non excusabitur, quia moraliter diceretur scienter operari: & hae dictae actionibus communia sunt, nunc circa singulas aliquid notare oportet.

De actione
speciatim,
quae est lege
prohibita
sua qualitate.

18. Et primo circa lectionem explicandum est, quae, seu qualis, & quanta ad incurrendam censuram sufficit. Et in primis circa qualitatem necessarium est, ut non tantum sit exterior lectio, sed cum intelligentia verborum: nam si quis ignorans profus linguam latinam, vel eam in qua liber scriptus est, illum legat, non incurret censuram, nec per se loquendo mortaliter peccabit, quia illa non est vera, & formalis lectio, sed tantum materialis: & praeterea ibi cessat ratio legis, quia neque periculum inde imminet, nec est communicatio cum heretico in doctrina, & in hoc omnes conveniunt. Secundo non sufficit sola mente percurrere, quae prius fortasse in libro lecta sunt, siue ante prohibitionem, siue post illam, in quo excelsit Graphis dicens, incurere hanc censuram, qui per solam mentis recordationem, quasi mentaliter librum legit. Probatur verò nostra sententia, tum quia illa vera non est lectio humana, de qua leges humanae loquuntur: tum etiam quia ille actus est omnino internus, & mentalis, qui non est materia censurae, aut legis humanae, & ita tenent Hugol. Sancius, & alij. Tertio sufficit legere oculis percurrendo librum, etiam si ore nihil proferatur, quia illud re vera est legere, & etiam actio sensibilis, in qua tota ratio legis locum habet.

An dicatur
legere qui
legentem au-
divergit.

19. Difficultas verò est, an sufficiat auditus alio legente: nam Sancius supra num. 48. putat non sufficere, quia in proprietate, & rigore, *audire* non est *legere*. Dices quamvis non sit legere per seipsum, saltem est legere per alium. Sed contra, quia hoc non sufficit quoniam non exprimitur in prohibitione. Quoties autem lex prohibet actionem, & non addit extensionem ad facientem per alium, restringenda est ad facientem per seipsum: & ideo non solent huiusmodi leges extendi ad consulentes mandantes, & similes, nisi exprimantur. Nihilominus contrarium censo securus, & verum, quod tenent Azor, Sairus, Graphis, & alij: moueor autem ex ratione praecipue, & intentione legis: nam omnino idem periculum, & detrimentum sequitur ex hoc modo legendi, quod ex lectione per seipsum, imo quodam modo maius, quia ille modus legendi facilius est, & ita si ille non prohiberetur, quasi frustra nea esset lex ista. Deinde auditus non minus est, sensus disciplinae, quam visus: si ergo prohibetur lectio per solum visum, ut caueatur talis doctrina, seu disciplina; cur non etiam per auditum? Tertio lectio partim constat ex prolatione, partim ex perceptione eorum, quae scripta sunt, & re vera talis actio consummatur in perceptione: ille autem, qui audit legentem librum hereticum, percipit quae leguntur, & ita quasi consummat illam actionem. Unde non tantum legit per alium, sed etiam per seipsum consummando actum: ergo peccat contra dictam prohibitionem: & ita facile soluitur fundamentum contrariae sententiae. Neque etiam mihi placet distinctio seu limitatio dicentium, si audiens inducat alium, ut sibi legat, tunc audiendo incurere, non au-

Suarez de Fide,

tem si dum alter sua voluntate legit ad audiendum accedat: nam hoc secundum, etiam censo falsum, quia transgressio praeccepti non consistit proprie in inductione alterius, sed in participatione lectionis, per auditum, & ita in eo casu procedunt rationes factae. Quocirca in illo casu, tam audiens, quam legens peccat, audiens vno tantummodo iam explicato: legens vero dupliciter, scilicet & legendo, & cooperando lectioni alterius; si tamen si legens non intelligeret excusaretur à propria culpa legentis iuxta supra dicta, non tamen excusaretur à culpa cooperantis iniquae lectioni alterius.

20. Circa quantitatem lectionis dubitari solet, an possit hoc peccatum à mortali, & censura excusari propter materiam leuitatem. Nam graues Doctores negant, ut Hugol. supra, & Tolet. libro 1. capite 19. numer. 9. dicens sufficere, si paucae lineae legantur, & fundamentum videtur fuisse, quia in omnibus, & singulis est periculum, quod lex vitare intendit. Contraria vero sententia communior est, quam tenet Azor, Sair, & Sane. & sumitur ex Castr. libr. 2. de iust. hereticor. pun. cap. 17. Et in rigore videtur probabilior, quia regula generalis est, peccatum mortale fieri veniale ex leuitate materiae, & hic nulla est ratio faciendi exceptionem: nam re vera in paucis lineis legendis non potest esse mortale periculum: oportet tamen prudenter hoc ad praxim applicare, nam Sancius dicit legere integri folij paginam, non esse materiam grauem, quod ego nullo modo probare possum, quia in ea lectione multum potest esse periculi: oportet ergo, ut nimis breuis, nec multarum linearum sit lectio, ut hanc excusationem admittat, & hoc modo ceteri Auctores loquuntur.

Deinde quod
ad eius quan-
titatem sen-
tentia Toleti
& Hugolini,

Sancius exten-
dit non ad
mittitur.

21. Secunda actio, vel quasi actio prohibita est, *retinere librum hereticum*, quae per se sufficit ad transgressionem grauem, & ad censuram, etiam si nec legatur liber, neque animo legendi retineatur: quia singulae ex his actionibus prohibentur, neque lex respicit, qua intentione fiat, sed absolute prohibet, ne fiat. Item finis legis, quoad hanc partem est, ne tales libri conseruentur, sed destruantur, & contra hoc fit, quoties retinentur, etiam si sit ad splendorem, vel curiositatem, &c. Et hinc fit, ut sufficiat retinere apud se, vel apud alium, quia vtrumque est contra formam, & finem legis. Unde etiam custodire huiusmodi librum alienum per hanc legem prohibetur, quia qui custodit, pro illo tempore librum apud se retinet. Item quia finis, & ratio legis ibi locum habet. Neg obstat, quod qui librum custodit illum non intelligat, quia hoc non impedit veram detentionem, & quia sine intelligentia potest librum conseruare, quod est contra finem legis. Denique etiam si vir doctus animo impugnandi errores, & eorum fundamenta, librum apud se retineat, contra legem faciet, & censuram incurret, quia, ut dixi, lex prohibet factum, quacumque intentione fiat, nec bona intentio sufficit honestare actum prohibitum, debet ergo fieri debito, & ordinato modo, id est, cum eius facultate, qui illam dare potest: alius vnusquisque praesumeret, librum apud se retinere, honesto colore quæsito; & ita lex frustraretur.

De secunda
actione reti-
nere scilicet, li-
brum hereti-
cum.

Retinetur li-
ber etiam non
quam legen-
dus.

Item apud se
vel apud aliū
item custodi-
endo alienū,
est non in-
telligas idio-
ma.

Item si reti-
neas, ut im-
pugnes.

22. Solum quaeri potest, an ex circumstantia possit hæc transgressio à culpa mortali excusari? Duplex autem tantum circumstantia cogitari potest, quae ad hoc possit conferre: vna est quantitas materiae, quae, ut supra dixi, quoad lectionem, sufficit interdum, ad dictam excusationem. Nihilominus dico, ex hac parte, non posse in presenti actione excusari grauitatem peccati, quia sufficit ad hanc culpam, partem libri retinere, quia, ut in primo puncto num. 9. dixi, totum, & partes eius hac lege prohibentur: moraliter autem loquendo, non retinetur nisi, vel totus liber, vel aliqua notabilis pars eius, quae doctrinam aliquam contineat, & ideo ex parte ma-

An parui li-
bri teneant,
vel temporis
retentionis
excuset à
mortali.

teriz sine distinctione dicere possumus, hoc peccatum semper esse mortale: & ad incurrendam censuram sufficiens. Altera vero circumstantia est temporis: nam retinere librum breuissimo tempore, non videtur esse adeo graue, vt ad culpam mortalem sufficiat. In contrarium vero est, quia omne peccatum, quod ex obiecto, & aljs circumstantijs mortale est, in momento committi potest, quia in voluntate consistit, non in mora. Vnde distinguendum est: quia, vel retentio procedit ex voluntate absolute retinendi librum: & tunc dico, quamcunque retentionem esse peccatum mortale, etiam mutata voluntate breuissimo tempore duret: & hoc probat ratio facta, quia voluntas illa peccatum mortale est, & ab illa procedit exterior retentio. Alio vero modo contingere potest, vt aliquis habens propositum tradendi librum, in executione sit negligens per aliquam breuem moram, & tunc facile poterit excusari a culpa mortali: tum quia in voluntate non habet propositum contrarium precepto, & negligentia potest esse leuis, & ipsa mora est quasi materia illius omissionis, & ideo ex breuitate potest esse leuis, ac denique illa non tam est retentio, quam dilatio, quae interdum potest excusari ab omni culpa, si ex rationabili causa fiat.

An satis sit propria auctoritate librum prohibitum destruere,

23. Sed quæri potest, an satisfaciatur aliquis huic legi comburendo librum, vel alio modo illum destruendo sua auctoritate, an teneatur potius illum tradere Inquisitoribus. Respondeo ex vi huius clausulæ, seu legis Bullæ Cæne, satis esse librum statim comburere, quia hæc lex solum prohibet retinere, & non disponit modum abijciendi librum, & ideo per illam actionem sufficienter impletur. Oportebit autem librum destruere, quia si alteri tradatur, vel alio modo integer conseruetur, plane sit contra intentionem legis. Vnde non impletur, sed eluditur, & semper dici potest retineri, vel apud alium, vel in loco, in quo reponitur, vt iam monuimus. An vero alia lege preceptum sit, non retinere librum tradendo illum Inquisitoribus, & non propria auctoritate illum comburendo, dubium esse potest: nam in Repertorio Inquisitorum, verbo *liber* solum dicitur sub distinctione teneri eum, qui librum habet vel comburere, vel Inquisitori, aut Episcopo tradere, & idem habet Zanchinus de Hæreticis capit. 7. Et Campegius in Scholio ad Repertorium in dicto loco, solum dicit tutius esse, tradere Inquisitoribus, vt olim inquit à Paulo III. decretum est, cuius Bulla de hac re habetur in Directorio Inquisitorum, cum alia Iulij III. quæ id aperte præcipit: posset autem, ex vi verborum, intelligi pro solo illo tempore, in quo lata est, id est, vt solum illis personis, quæ iam tunc huiusmodi libros habebant, præceperit, vt eos Inquisitoribus traderent. Hanc vero dubitationem abstulit Pius III. in alia Bulla anni 1564. quæ incipit *Locum pro munere*: nam simile præceptum repetens addit, qui habent, vel habuerint, & ideo hoc omnino observandum est. Et ita tenent Penha, Azor, & Sanc. supra.

De actione imprimere.

24. Tertia actio est imprimere huiusmodi libros. Dicitur autem solent imprimere, tam Author libri, quam ministri exequentes. Dubitari ergo potest, an Author comprehendatur, quia non videtur per se, sed per alios imprimere, & lex non facit extensionem. Nihilominus dico sine dubio comprehendendi, vt docent multi ex Doctoribus citatis, nullo contradicente: tum quia verba legis intelligenda sunt prout communiter accipiuntur: tum etiam quia semper Author habet aliquem immediatum concursum in illa actione, imo est, quasi primus motor eius: tum denique quia in edictis, quæ ab Inquisitoribus, etiam vniuersalis Ecclesiæ passim emanant, non solum imprimentes, sed etiam imprimi facientes, siue curantes nominatim exprimuntur. Secus vero esset, si tertius alius, ad quem

liber non pertinet, expensas faceret, quia talis concursus est valde remotus, & non sufficit, vt ille imprimere librum dicatur. Comprehenduntur præterea sub hac prohibitione omnes, qui materialiter, & siue dicam, seu corporaliter impressionem ipsam exequentur, & imprimis Patronus, seu Dominus totius impressionis, etiam si manibus suis non laboret, tum quia in communi modo loquendi, ille dicitur imprimere, & ita Impressor vocatur: tum etiam quia semper habet aliquem influxum, circa totam illam actionem, vel præparando materiam, vel aliquid simile moderando. Deinde cadit prohibitio in omnes alias actiones ad impressionem necessarias, quæ ministri eius exequentur. Solum potest dubitari de actione corrigendi, seu emendandi, quia illa nec videtur esse cooperatio ad ipsam impressionem, neque simpliciter necessaria, sed ad quandam perfectionem, & ornatum. Propter quæ multi excusant correctorem: ego vero addo, licet excusetur ab actione imprimendi, non posse excusari ab actione legendi, quia non potest corrigere, nisi legendum, vt per se constat.

25. Quarta actio est defendere huiusmodi librum. Nam hæc etiam expresse prohibetur, & additur *quousque sit colore*. Potest autem distinguui duplex defensio: vna veluti corporalis, quæ operetur: alia doctrinalis, quæ sit verbo, vel scripto, & vtrique sine dubio est in hac lege, & sub hac censura prohibita. Prima est, quando, vel vi, vel fraude defenditur liber, ne comburatur aut ne in inanis iudicium fidei deueniat, vel occultando librum, vel resistendo volentibus illum prodere, aut tradere: nam quocunque modo id fiat, siue publice siue occulte, vt in Bulla dicitur, est propria defensio, ac propterea prohibita. Secunda autem defensio fit, vel argumentis, confrimando prauam doctrinam talis libri, quatenus in illo est, vel respondendo ad argumenta, quæ contra illam fiunt: quod etiam locum habet, etiam si talis defensio sub titulo exercitationis, vel maioris inquisitionis veritatis, fieri dicatur, quia Bulla dicit *quousque sit colore*. Item procedit, tam in priuata, quam in publica defensione, & siue scripto, siue tantum verbo fiat, quia omnes isti modi sub illis verbis, siue publice siue occulte, comprehenduntur. Denique etiam censetur defendere librum, qui dixerit talem librum non esse prohibitionem, vel combustionem dignum. Vnde non excusabitur ab hac censura, qui id dixerit. Sed quid de laudante huiusmodi librum? nam illa etiam videtur, quædam defensio. Respondeo distinguendum esse de libro tractante de religione, siue erroribus, vel de continente hæresim. Nam prioris libri laudatio, si solum sit de doctrina libri, non est mala, nec prohibita, quia potest esse vera, & per se non continet defensionem libri, vt est à tali Auctore, & ideo oportet, vt laus non sit tanta, vt per illam, vel auctor, vel doctrina eius simpliciter commendari videatur, et etiam, vt illo modo indicetur, non debuisse talem librum prohiberi: tunc enim iâ erit quædam prohibita defensio. At vero si liber contineat malam doctrinam, illum simpliciter laudare, sine dubio esset defendere, secus autem erit, si tantum stylus, vel eloquentia, aut aliquid simile commendetur, vt per se notum est.

Tertia pars: quæ personas dicta clausula, siue censura comprehendat.

26. Tertio loco principaliter dicere proposui in numero nono, de personis, quæ sub hac prohibitionem comprehenduntur. In quo vnica regula, & generalis est, comprehendendi sub illa omnes homines baptizatos infra Summum Pontificem, cuiuscunque status, aut dignitatis sint, addita solum exceptione in ipsa lege contenta, scilicet, *nisi facultatem ab Apostolica sede habeant*. Vnde fit comprehendendi in primis omnes Catholicos, tam Ecclesiasticos, vt Cardinales,

De 4. Actio-
ne defendere.

1. Modus de-
fensionis.

2. Modus.

An laudare
librum, iudicet
defendit.

16. Archiepiscopos, & omnes inferiores, quam laicos, ut, Imperatores, Reges, & omnes minores; sequitur etiam comprehendere omnes hæreticos, quia, & illi sunt subditi, quamvis rebelles: quod adeo verum est, ut etiam Auctor ipsius libri comprehendatur. Vnde præter censuram hæresis, notam incurrit librum suum retinendo, vel legendo: imò si ad fidem converteretur, & postea nihilominus suum librum retinet, in hoc peccato, & in hac censura permaneret. Et ratio omnium est, quia prohibitio est vniuersalis, & nullum excipit. Vnde nec nos possumus illum excipere. Deinde quia Pontifex addidit dictam exceptionem sine nostra facultate: exceptio autem, ut iuristæ dicunt, regulam in contrarium firmat.

27. Circa exceptionem autem oportet imprimis notare, neq. Episcopos, neq. alios quoscuq. Prælatos inferiores Papa posse hanc facultatem dare ad librum scilicet, qui in clausula Bullæ comprehenditur, quia Papa illam sibi referuauit, vt ex verbis constat, quod etiam in terris hæreticorum obseruandum est, etiam à Catholicis, vt bene notauit Sane. citato lib. 2. decalog. cap. 10. n. 43. quia licet ibi possit esse maior necessitas, tamen etiam imminet periculum legentibus: & præterea lex vniuersalis est, & ideo consulendo Summum Pontificem illi necessitati prouidendum est, vt ipse personas eligat, quibus talem facultatem concedere expediens iudicauerit: quod si in aliquo particulari casu, subita necessitas honoris fidei, vel alia similis occurrat, tunc id licere poterit, per modum episcopæ, non quia per se liceat. Interis autem catholicorum, neque ipsi Inquisitores possunt hanc facultatem dare, quia verba sunt præfisa, & vniuersalia, & non inueniuntur hoc illis concessum, vt Penha supra notauit in §. Nunquid. An verò collegium Cardinalium Sede vacante possit hanc facultatem dare, disputat Sane. supra n. 44. sed pendet ex questione vniuersali, de iurisdictione illius Collegij pro illo tempore. Vnde veritas est, non posse, quia non habet Pontificiam iurisdictionem, cui hoc referuatum est.

28. Deinde obseruare oportet hanc facultatem interdum esse posse specialem, de qua quia est res facti nihil dicere possumus, sed persona, cui conceditur sibi consuleri considerando verba rescripti. Potest etiam esse generalis, vt ex parte libri, vel ex parte personarum, quibus facultas conceditur. Primo modo intelligitur data hæc facultas pro antiquis scriptoribus, qui in numero Patrum computantur, etiam si hæresim fuerint infecti, quia à Pontificibus legi permittuntur publicè, vt in indice Romano partim Regula 3. initio, partim sub titulo de corruptione librorum, & aliis: & ita notant communiter Doctores in cap. Damianus de summa Trinit. & in cap. Fraternitas de hæreticis. Secundo autem modo, vel nulla est, vel rara talis facultas: imò si quæ facultates similes olim concessæ fuerunt, reuocatz sunt per Iulium III. & Paulum III. & referuntur Bullæ in fine Directorij, & extenditur reuocatio etiam ad facultates concessas Episcopis, & Cardinalibus: excipiuntur autem Inquisitores, & eorum commissarij, ex quo refert Penha supra, Inquisitores habere hanc facultatem vniuersalem, & idem affirmat Graphis supra num. 45. Considerare verò oportet in illis bullis Iulij III. & Pij IV. nullam facultatem concedi Inquisitoribus positivè, vt sic dicam, sed tantum non reuocari, si quas fortè antea habebant. Vnde ex vi illarum bullarum affirmare non possumus illos habere huiusmodi facultatem, an verò aliunde habeant, nobis non constat, & ita illorum notitiam hoc remittimus.

Quarta pars de ipsa censura.

29. Quanto loco posuimus censuram latam in

hac clausula, de qua nihil aliud dicere necesse est, nisi quod sit Pontifici referuata cum eo rigore, cum quo cetera illius Bullæ referuata sunt, & quod incuratur ab omnibus personis violantibus hanc prohibitionem, in omnibus casibus hæcenus explicatis. Solum oportet addere extra illos casus non incurri. Est enim aduertendum prohibitionem in hac Bulla factam, in aliis rescriptis Pontificiis, vel legibus specialibus, extensam esse variis modis. Nam ex parte maiori extensa est ad omnes libros hæreticarum, etiam si hæresim contineant, nec de religione tractent, vt constat ex regula secunda indicis Romani: item extensa est ad libros Astrologiæ iudiciariæ, in quodam motu Xisti V. & obseruatur in eodem indice circa regulam nonam. Item per Clementem VIII. extensa est ad quosdam libros Hebræorum, vt in eodem indice in fine regularum adnotatur. Item ex parte Auctoris extenditur ad omnes libros suspectos cuiuscunq. authoris sint, vt habetur in Bulla Pij IV. in eodem indice, ac denique in indice Lusitanæ edito de mandato D. Georgij d'Almeyda Generalis Inquisitoris, extenditur ad omnes libros quacunque ratione prohibitos. In hæc ergo casibus quauis peccetur mortaliter contra illas leges, non incurritur censura Bullæ cenzæ, nec cum reservatione, quatenus in illa sit, quauis contrarium scripserit Nauar. consil. sub titulo de constitutionibus quæst. 39. quia lex non extenditur ultra casum, de quo loquitur: neq. punit, nisi transgressores eius, non aliarum legum, quod animaduertit, qui scholium addidit ad dictum consil. Nauarri, & ita notant aliqui ex citatis Doctores, & idem semper est consideranda alia lex, vel Bulla, & iuxta verba eius iudicandum est de censura: nam si nullam addiderit, nulla incurritur, si verò simpliciter addatur excommunicatio, vt sit in motu Pij IV. incurritur quidem censura, sed non referuata. In indice autem Lusitanæ citato, additur censura referuata Inquisitoribus, non Pontifici. Sixtus autem V. eam sibi referuat, quoad dictos libros Astrologiæ iudiciariæ, & ideo referuata est Pape, non ex vi Bullæ cenzæ, sed ex peculiari dispositione. Et ita de aliis dicendum est.

30. Super sunt rationes dubitandi initio positæ, sed ex dictis facilius habent solutionem, ad primum enim fatemur, in libris hæreticorum, aliqua posse esse vtilia, sed non sunt cum tanto periculo ibi addiscenda: præsertim cum non desint in Ecclesia Catholici libri, ex quibus multò melius possint eadem addisci. Vnde merito dixit Cyprianus epistola 52. Scias nos nec curiosos esse debere, quid illi doceant, cum foris doceant. Quod autem ibi citatur ex Paulo. Omnia probate, quod bonum est, tenete. In primis intelligendum est de rebus non improbatis, sed dubiis, inter quas potest esse electio. Deinde quoad libros à catholicis legendos, illa probatio, & examinatio ad pastores Ecclesiæ, non ad singulos priuatos pertinet, & ideo postquam Ecclesia libros aliquos reprobauit respectu illorum, & singularum personarum iam illa Pauli regula locum non habet. Ad secundum autem de exemplis, non dubium est, quin expediat libros hæreticorum legi ab aliquibus doctioribus, & selectis, ac securis viris, qui possint eos impugnare, & fidem catholicam tueri: & hoc modo legebantur ab illis Patribus, qui tunc erant præcipui Doctores, & Columnæ Ecclesiæ, & fortasse illis temporibus, quauis lectio librorum hæreticorum malè audiret apud catholicos, non erat cum tanto rigore prohibita, sicut nunc est, & ideo fortasse Episcopi ratione officij, sine alia facultate, id facere poterant: & idem fortè erat de doctoribus publicè approbatis: vel faciliè etiam poterant à suis Episcopis facultatem habere. Nunc autem crescente hæreticorum audacia, maior cautela, prohibitio, & reservatio necessaria fuit.

Ad 1. inn.

Ad tertium de libris antiquorum, responderetur, non esse acceptionem personarum, quando exceptio aliqua ex rationabili causa fit: fuit autem maxima ad excipiendos illos antiquos Doctores, quia si quos habent errores, & pauci sunt, & iam sunt noti, & quasi emortui, & ideo cessat periculum in huiusmodi libris: & alioqui eorum utilitas magna est, vel propter eximiam, & multiplicem doctrinam, vel propter antiquitatem, quia in eis antiqua historia, & traditio conseruatur.

SECTIO III.

Utrum coactio haereticorum ad relinquendam heresim, sit medium licitum, conueniens; & cadens sub Ecclesia potestatem.

Hoc est tertium medium, quo Ecclesia contra Apostasiam utitur, & necessarium iudicat, ad fidei puritatem, & integritatem conseruandam. Circa illud verò prius excludendi sunt nonnulli errores.

Primus error in presenti questione.

Primus est quorundam, qui dixerunt, non solum non esse puniendos haereticos, verum etiam neque esse cum illis contendendum, sed vnumquodque esse relinquendum, ut in sua fide viuat. Ita dixit olim Apelles, ut referunt Euseb. libro 5. Histor. cap. 13. & Niceph. lib. 4. cap. 29. dicebat enim non esse fidei rationem querendam: nam si omnes credunt in Christum, & in eosuam spem collocant, omnes ad eandem Ecclesiam pertinent, etiam si fortasse in alijs rebus dissentiant. Hunc ferè errorem excitauit nostris temporibus quidam Georgius Cassander, qui ut refert Bellarm. lib. 3. de Lais cap. 19. dixit non esse perturbandos haereticos, qui symbolum, & Scripturam admittunt, etiam si in alijs ab Ecclesia Romana dissentiant, quia hoc non obstat, quominus omnes sic credentes ad vnam vniuersalem Ecclesiam pertineant.

Apellis apud Euseb. & Niceph.

Item Cassander apud Bellarm.

Impugnatur.

2. Ibi autem haeretici valde errant, & fundari videntur in aliquibus principijs erroneis: vnum est quod omnes isti sic credentes possunt in sua fide saluari: quod est manifestè contra Scripturam, quia teste Paul. fides, quae necessaria est ad salutem, vna est, sicut etiam est vnum Baptisma: ergo omnes, qui habent aliam fidem à Romana, quae sola est catholica saluari non possunt, si in ea sua fide permanent. Secundò errant existimantes, huiusmodi haereticos posse esse membra Ecclesiae Catholicae, & hanc à Romana distinguentes, quia Ecclesia Catholica non est, nisi quae sub obedientia vnius Vicarij Christi militat. Haec autem est eadem cum Ecclesia Romana: membra autem huius Ecclesiae non sunt, nisi quae veram fidem habent, vera autem fides ut dixi, non est nisi vna: ergo qui ab Ecclesia Romana in fide dissentit non potest esse Ecclesiae Catholicae membrum. Tertiò isti sic credentes licet dicant se credere in Christum, credere non possunt fide diuina, quia ut ostensum est supra, qui errat circa vnam veritatem fidei, seu illam non credit, nihil credit, sicut oportet, nec per diuinam fidem. Vnde non satis est credere Christum, sed etiam opus est credere Christo, & Ecclesiae vice illius loquenti: qui autem non credit omnibus, quae Ecclesia credenda proponit, licet aliquid se credere dicat, re vera Christo non credit, sed sibi ipsi: propter quod à Paulo dicitur à se ipso damnatus, & ideo non potest ad Ecclesiam Christi, vel ad fidelium consortium pertinere, eo, vel maxime, quod ita credentes Christum, re vera non credunt, qualis ipse est, sed qualem ipsi sibi fingunt. Vnde alij credunt illum purum hominem, alij nec verum homi-

nem, alij Redemptorem, sed non Legislatorem, & sic de alijs: idemque est de nouis haereticis, qui dicunt se esse de Ecclesia, quia recipiunt symbolum, & Scripturas. Nam in primis id non satis est, sed oportet credere omnia, quae de fide sunt, vel explicitè, vel implicitè credendo quisquid Ecclesia credit, & nihil contrarium admittendo: accedit quod isti nec symbolum integrè credunt, neque etiam in omnibus illud intelligunt, sicut Ecclesia intelligit, & ita magis nomen, quam rem symboli retinent. idemque est de Scriptura, quam prout volunt, vel mutilant, vel contra Ecclesiam interpretantur: ergo non possunt, veris catholicis coniungi, cum in vera fide cum illis non conueniant. Tandem confirmatur, quia Scriptura nihil magis commendat, quam separationem ab haereticis ut paulo post referemus. Vnde optimè dixit Cyprianus libro de vnitatem Ecclesiae cap. 5. coherere, & coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, pugna cum pace, cum tranquillitate temperas, caligo cum lumine, iuxta illud Pauli, quae societas lucis ad tenebras. Sit ergo certum, ut minimum separandos esse haereticos ab Ecclesia, & veris fidelibus: adhuc verò superest dubium, an maiori coactione puniendi, & cogendi sint.

Concludimus separationem saltem à fidelibus cogi haereticos posse.

Secundus error.

3. Est ergo secundus error, negans posse aut debere haereticos cogi poenis, siue spiritualibus, siue temporalibus: ita contendebant Donatistae contra Catholicos, tempore Augusti. ut ex ipso sumitur lib. 1. contra epist. Parmeniani cap. 7. & lib. 2. contra epist. Petilianum cap. 10. & libro etiam 2. contra epist. Gaudentij cap. 25. & 26. & epist. 50. ad Bonifacium. Postea hunc errorem innouarunt Vicleph. & Ioannes Hus, ut videre est in Concil. Constant. sessione 8. & 15. & idem postea tenuit Luther. art. 33. Inuenio etiam apud Prateolum, errorem hunc attributum Raymundo Lullo, sed in director. Inquisit. parte 2. quæst. 9. solum dicitur negasse haereticos esse interficiendos, qui est specialior error infra tractandus in disputat. 23. Principale fundamentum huius erroris est, quia fides esse debet libera, & spontanea, & ideo illi repugnat coactio. Antecedens probatur, tum ex natura ipsius fidei: tum ex natura ipsius fidei: tum etiam, quia haec ratio ne supra diximus, infideles non apostatas, non posse cogi ad fidem: ergo neque fideles cogi possunt, ad perseuerandum in illa, vel ad redeundum ad illam, si ab illa discesserint. Probatur consequentia, quia eiusdem rationis est conseruatio, vel reparatio fidei, cuius est generatio: nam res, per quas causas nascitur, per easdem conseruari debet. Et augetur primò difficultas, quia fides non solum est libera, sed etiam est supernaturale donum: ergo non potest cadere sub coactione humanam. Secundò confirmatur ab incommotis, quae ex huiusmodi coactione sequi solent: qualia sunt fidei conuersiones, & consequenter abusus sacramentorum, & alia similia sacrilegia.

Donatistae apud Aug. &c.

Eius praecipuum fundamentum.

Confirmatur.

2.

Fundam.

4. Secundò argumentantur, quia Paul. 1. ad Corinth. 5. absolute, & sine restrictione dixit, de his, qui foris sunt, nihil ad se pertinere, sed haeretici, ut proximè diximus, sunt foris, id est extra Ecclesiam: ergo etiam sunt extra iurisdictionem Ecclesiae: ergo non possunt per poenas cogi. Probatur consequentia, quia ut coactio sit iusta debet esse circa subdolum, & ubi non est iurisdicatio, non est subiectio. Et confirmari hoc potest ex doctrina eiusdem Pauli. nam haec ratio solum praecipit, & monuit separationem ab haereticis, ut patet ex 1. ad Timoth. 2. ubi praecipit, seruum Dei mansuetum esse cum modestia, inquit, corripientem eos, qui resistunt veritati, vel ut paulo superius dixerat, qui à veritate exciderunt, & cap. 3. hos deiecit, & ad Titum 1. increpa illos dure, & cap. 3. post

Pnam,